Sacratissima etc.

Siquidem tam ex Literis Episcopi Vaciensis Comitis ab
Althan ad me datis, quam etiam hominum me-
orum relatione mihi percipere licuerit, quod Ora-
torium ante hac Hentessiensium Subditorum meorum
Helveticae Confessioni addictorum, jam vero ab ijsdem
receptum, & usui Catholicorum applicatum praementio-
natus Epp(iscop)us vigore benignae Ma(jes)t(a)tis V(est)rae S(acratissi)mae Re-
solutionis reparari facere intendat, eumq(ue) in finem
Commissionem quoq(ue) Officium Cottus Csongradiensis
pro instituenda cum interventu etiam Opificum
oculata obtinuerit. Cujusmodi Benigna Ma(jes)t(a)tis Ve-
strae S(acratissi)mae dispositio si etiam intercessit, eam ex pu-
ro Zelo Religionis profectam fuisse, ex supposito
quasi Dominus Terrestris jure Patronatus non gau-
deat, aut vero Expensas has proprijs sumptibus
facere nolit. Quia vero Ego Oppidi Hentessiensis
non saltem Dominus Terrestris essem, verum etiam
jure Patronatus Ecclesiarum in Bonis meis exi-
stentium ex Benigna Regia Collatione gauderem,
pro cujus benignae Concessionis, et mihi incum-
bentis muneris exigentia quantopere Servitij et
Cultus Divini Promotionem, Fideiq(ue) orthodoxae
Propagationem, et Incrementum etiam hactenus per
Templorum in Bonis meis reaedificationem, et re-
parationem Zelaverim, tam Varadiensis, quam
et Csanadiensis Epp(iscop)us fidedignum dum, et quan-
do perhibere poterit Testimonium; Sed et circa
praemissam Oratorij Reparationem ex jam per me
Anno praeterito factae fuerint Dispositiones, quod opus
reparationis etiam inchoatum sit, proximo Vere conti-
nuandum; Ac proinde cum ex ratione Manuten-
tionis juris mei praementionatum Oratorium non so-
lum reparare inchoaverim, verum etiam idem ad sta-
tum perfectum proxime deducere, et si numerus
Catholicorum nunc exiguus, successive accreverit, pro
majori ipsorum Commoditate idem Oratorium in
amplius

amplius extendi, et extrui; Praeterea etiam Parocho pro sua meliori Subsistentia particulam Terreni eximdi facere, atque adeo obligationi Juris Patronatus plene satisfacere, Cassamque Parochorum Sociam passu ab omni onere sublevare velim; Altefatae Mattis Vae Smae de genu humillime supplico; quatenus Intentionem hanc meam benigne, et qua erga Ecclesias DEI fertur, Apostolica Pietate suscipere, ac memet in benigne mihi Concessi Juris Patronatûs Privilegij, Praesentationis videlicet Plebanorum, aedificationis, Reparationis, et Dotationis Ecclesiarum Jure, et usu conservare, ac manutenere Clementissime dignetur. Pro qua Gratia emorior.

Mattis Vae Smae

Humillimus perpetuoque fidelis Subditus.

Baro Franciscus ab Harrukern mp.